



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Lingva Avrea Christianorvm

Ruben, Leonhard

Padibornae, 1606

Capvt 5. Proueniunt casus, & ruinæ ex mala custodia linguæ. Exemplo
etiam Luciferi.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56433](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56433)

destinato, diceret spiculator. Secunde extende ceruicem, & excipe in ea gladium, ille extendens ceruicem silentio vitam postposuit. Apprehendens ergò eum, venit ad Adrianum Imperatorem, dicēs: Secundum vsque ad mortem tacuisse.

CAPVT V.

Proueniunt casus, & ruinae ex mala custodia linguae. Exemplo etiam Luciferi.

Casus linguae **H**Oc caput duo incommoda alia loquacitatis complectitur, quorum primum est, casus: quem videns Eccl. capit. 22. 33. inquit: *Quis dabit ori meo custodiam, & super labia mea signaculum certum; ut non cadam ab ipsis, & lingua mea non perdat me.* Varij quidem sunt casus vnde facile resurgimus, & quorum dolori mederi non est magnæ industriæ; at secus est in casu linguae, cui medicamenta ad-

hiberi

hiberi nequeunt, volat siquidem irreuocabile verbum. *Multi, enim vt est Eccli. 28. 22. ceciderunt, vide casum, in ore gladij, sed non sic, quasi per linguam. Et v. 29. Aurum tuum, & argentum tuum conflat, & verbis tuis facito stateram & frenos ori tuo rector: & attende ne forte labaris in lingua tua, & cadas in conspectu inimicorum insidiantium, & sit casus tuus insanabilis in mortem.*

Alterum est in hoc capite ruina, quæ grauior est casu. Vnde Prou. 26. 28. dicitur. *Lingua fallax non amat veritatem, & os lubricum operatur ruinas. † 18. 7. Os stulti contritio eius, & labia illius ruina anima eius.* Hic casus & ruina manifestissimus fuit in Lucifero. Cuius casum admirans Isaias, inquit, cap. 14. 12. *Quomodo cecidisti de caelo Lucifer qui mane oriebaris? Corruisti in terram, qui vulnerabas gentes? Qui dicebas per verbum mentis in corde tuo in caelum,*

Luci-
feri
casus.

*conscendam super astra Dei exaltabo
solium meum, &c. Quem casum fuisse
instar ruinæ repentinum, Salua-
tor asserit, cùm inquit, Luc. 10. 18.
Vidi Satanam sicut fulgur de cælo ca-
dentem. De cælo, inquit, in quo
Apoc. 8. 1. factum est silèrium me-
dia hora, in qua si tacuisset Lucifer
in corde suo, utiq; non cecidisset.
Verè itaq; dixit Ecclesiastes 10. 12.
Verba insipientis præcipit abunt eum.
Et prou. 17. 29. Qui exaltat os suum,
querit ruinam. Et de huiusmodi,
qui iugum silentij excusserunt, dici
potest id, quod de Iudæis dixit O-
seas cap. 7. 16. Reuersi sunt ut essent
absq; iugo: facti sunt quasi arcus do-
losus: cadent in gladio principes eo-
rum à furore lingua suæ.*

CAPVT VI.

*Ex eadem loquacitate prouenit ciuitatum per-
ditio, & subuersio, coinquinatio homi-
num, contritio spiritus.*

Primum hoc in capite malum

trahit